



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

VI. De obedientia cœca.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

P. N. in admirabili illa... de obedientia cõ-
scripsit Epistola pluribus aperteque demõ-
strat, nisi isthæc iudicii obedientia inter-
ueniat, fieri plane posse, voluntatis & ope-
ris executionis obedientia talis sit, qualis
oportet: varia quoque damna & inconuen-
ientia, ex huius obedientiæ defectu sequi
solita, enumerat.

CAPVT VI.
De obedientia cæca.

BP. N. Ignatius dicere solebat, q̄ quom-
admodum duas in Ecclesia militante
Deus hominib. ad salutem consequendam
vias aperuit, vnâ quidã communẽ & vulga-
rã, q̄ est ipsa diuinorũ mandatorũ observa-
tio, alterã vero: q̄ ad priorẽ illã in super Eu-
angelica addit consilia Religiosorũ hæc p̄-
pria est: pari mō in hac ipsa religione duo
sunt obedientiæ genera, vnũ imperfectum
& cõmune, alterũ perfectum & cõsuetum,
in quo ipsa obedientiæ vis, & perfecta reli-
giosi virtus eluceat. Imperfecta obedientia,
q̄ oculi habet sed in ignitiẽ suã p̄fecta a cõ-
catur & in hac cæcitate magna cõsistit sa-
pientia. Prior in eo q̄ imperatur iudicio v-
titur, posterior minime. Illa magis in alter-
atrã partẽ inclinãt: hæc in neutrà: q̄a semp
in medio sicut libræ æquamentũ, recta cõ-
sistit, ad omnia q̄cunq. iniungentur, æqua-
liter disposita & p̄parata. Prior obedit ope-
pete, sed corde reluctatur, itaq. nomẽ obe-
dientiæ nõ promeretur: posterior & iussa
exequitur, ac superioris voluntati: ac iudi-
cio suum submittit, admittens vt bonum
quidquid à maioribus & p̄p̄sitis decretum
ac statutum est: nullas itẽ quib. ad obediẽ-
dum emoueat, rãẽs conquirat, quin & si q̄
occurrant, n̄ utiq. à iis acquiescit, sed hoc
duntaxat intuitu ad parendum fert: q̄ hoc
cæcitate obedientia. Hæc sc̄ est obedientia
cæca, tantopere & à Sanctis viris vsurpata,
& adeo à sanctis patribus ac vitæ spiritualis
magistris, cõmendata. dicitur hæc cæca, nõ
q̄ quolibet in re q̄ mandari possit, peccatũ
ea sit, siue non, temere & indiscrete sit obe-
diendum (in signis namq. id error forer: vii
expresse id nobis B. P. N. in constitutionib.

declarat.) Verum ideo cæca nominatur, q̄
omnib. in rebus, in quib. manifeste peccatũ
cõtineri non apparebit, simpliciter, sincere,
rotunde, nec vllas præceptiones, in-
quirendo indagandoque obedire, p̄suppo-
nendo, id quod mandatur & sanctũ esse, &
diuinæ voluntati cõforme, & vnã hanc ra-
tionẽ instar omnium habendo, quod id sit
obedientiæ, & a superiore mihi præscribatur.
Vnde obedientiã hanc Callianus vocat *si-
ne discussione suæ examine*: quia tibi mini-
me disq̄ uirandum, disputaandum, discuten-
dum, & examinandum est, cur, ad quid, sed
simpliciter maiorum iussis parendum. Et S.
Climacius sic eam definit: *Obedientiã est
examinatũ atq. indiscussũ motus sponta-
nea mris, vita cur: sit iste carens discretio-
nis de p̄p̄sitis inter diuitias discretionis.* S.
Basilius, declarans quõ Redemptor Chri-
stus, suas Petro Apostolo, & in eo omnib.
superiorib., oues pascendas cõmiserit, ad-
dit, quemcũm oues suo pastori obediunt, &
quocunq. eas ipse duxerit, eo haud inuitæ
sequuntur: ita religiosus superiori suo ob-
sequi, & quã illa dixerit via voluerit magna
cum sinceritate & simplicitate, sicut bona
& obsequens ouicula incedere debet, præ-
ceptum eius non discutendo nec in ipsum
curiosius inquirendo.

S. Bernardus de cæca hac obedientia
nullo non loco egregie discerit eamq. solã
perfectã esse obedientiã vit *perfecta*, inquit
*obedientiã est maxime incipiente indiscr-
eta: hoc est non discernere quia vel quare p̄-
cipiatur sed ad hoc tantũ nisi, Et cæcus ocu-
lus fideliter & humiliter fiat q̄ a maiore p̄-
cipitur* Et S. Greg. *Vera obedientia nec p̄a-
p̄sitorum intentio nõ discutit, nec præcepta
discernit quia omne vitæ suæ iudiciũ maio-
ri subdidit in hoc solo gaudet si q̄ sibi p̄cipi-
tur operatur, nescit n̄ iudicare: quisquis per-
fette didicerit obedire q̄ hoc tantũ bonum
putat si p̄ceptũ obediãt* Caro pro dõlor pri-
mis nostris parentib. stetit, quod præcepti
à Deo lati rationẽ inquirere & examinare
voluerit: hæc namque rimã in ipsos gli-
scens diabolus eos paltrauit, hocq. primũ
omnia tũ ipsorũ tum nostri mali fuit prin-
cipium. Petit ergo ab iis diabolus, *Cur præ-
cepit fieri mat*

37 Constit.
c. 1. § 23
p. 6 c. 1. § 1.
lett. B. § 18
Epistol. de
obed.

Lib. 4. de
institui re-
nunt c. 10.
24 25 26. 21
§ lib. 12. de
spirit. su-
per c. 1. 32.
§ coll. 1. 13.
c. 3 § col-
lut. 2. c. 10.
Grad. 4.
intro.
In constit.
Monast. c.
18.
Ioan. 21. 17.

Tra. 7. de
vita solit.
ad frat. de
monte Dei
§ de ord.
vita § mo-
rum instit.
col. 12.
Greg. sup.
lib. 2. Reg.
c. 4.

Discussio
precepti su-
prioru. ri-
ma qua Sa-
thanas se
cepit fieri mat

Lib. 5. c. 4.
vita.
Duxit Si-
ta Christiã
ne perfectio
in manda-
to & consi-
liu duplex
nem vnã
religiosa ex
obediẽtia
liberã



Gen 31.

cepit vobis Deus, Et non comederatis de o-

Gen. 2, 17.

quocumque die comederis ex eo, morte morieris.

Et ecce Eva praeceptum hoc in dubium reuocat arbitrata, hanc Dei sententiam non absolutam, sed tantum comminatoriam fore. Quod manifesta fuit ad deceptionem & fraudem (quae etiam secuta est) inducendam dispositio. Vnde Dæmon, arrepta occasione, Nequaquam, ait, morte moriemini, sed eritis sicut Dijs sicut bonum est malum, nam idcirco tantum vetuit Deus, ne ex eo comederetis, ne illi scientia pares essetis. Eva ergo ab ascendendi gradusq; maioris q̄ in quo constituta erat, obtinendi appetitu se tranuersum abripi licit, & comedit, & pariter Adamum coniugem ad comedendum induxit. Praecepti ergo causam indagauerunt & discussuerunt, ideo comederunt facti inobedientes, & mox de paradiso eiectioni sunt, & morte primū spiritali, deinde corporali muclati. Quoniam vero Dæmoni sua optime hac via res cellit, atq; luculent ap̄ hoc stratogema victoriā cōsecutus est: hinc sapientum numero & nos hac ipsa via adortitur. Quare nos p̄munit, & hac in parte nobis & caueamus cōmonet Apostolus dicit: Timeo autē ne sicut serpens Eua astutus sua, ita corrumpatur sensus vestri. Et exierant à simplicitate q̄ est in Christo. Cave tibi à serpente, vide ne p̄ caput eum apprehendas, quia indubie te cōmordebit, sed quaecumq; tibi imperantur, sine vlla discussione, indagine, & examine, cur, quam obrem, & ad quid ita hæc mandentur, exquire, itaq; obediētia tibi futura est velut agendum norma. In principio, inquit, Bernardus, permagni refert, hoc modo q̄ obedire vt cōsuecat, caecē in q̄, & sine vlla nulli discretionē. Nā nouit n̄ prudentē incipientē omniaq; indagantē in celis diuinitus posse cōsistere in cōgregatiōe diuine moraliter loquēdo impossibile est. Quid ergo faciet? quomodo te hic geret? Stultus fiat vt sit sapiens. Et hac omnis sci eius discretio. Si in hac nulla ei sit discretio. Et hoc omnis sapientia eius sit. Et in hac parte nulla ei sit. Nam discernere & rationes disquire. Quare, & quo sine id ita fieri oporteat,

Inobedientia a Deo 2. 11. 14.

1. Cor. 11. 3.

Epistol ad fratres de monte Dei tollat & rursus sapientiorum non discutienda.

superioris p̄priū est: boni vero subditi partes sunt, quidq; d̄ prap̄positus iubebit, magna cum humilitate, simplicitate & fiducia amplecti & vt loquitur, Sanctus ille vir, Discernere superioris est subditorum est obedire.

Egrege aduē prop̄ositum p̄ouiderat ac exoggerat Apostolus cæcā Abramæ Patriarchę in filio Isaac in molando obediētiā. Promiserat de celo illi Deus, se semē illius multiplicaturū, sicut stellas cæli, & sicut arenā, quę est in litore maris, multarū gentiū Patrē eum constituendorum vero in quo p̄missio spe cōpleri potest, q̄ hunc ipsum Isaac, filium non habebat nec plures generandi spes vlla affulgebat (cū iam tam ipse q̄ vxor Sara effecta esset) & esto pluriū habendorum aliqua spes fuisset, tamen non nisi in hoc Isaac p̄missionem hanc implendā dixerat Deus. In Isaac vocabitur tibi semen. Nihilominus Abraham Deo vt uicium hunc ac ira dilectū ac carum Isaac sibi in molaret ad eo in obediētia nō hastitaret, nec de diuini p̄missi adimplentiōe dubitaret, vt cæca quoddā obediētia actus diuini opere ipso mādatum adimplere iniperet, iamque ensem ad eum iugulandū stringeret, sed contra spem naturalem, in spera credidit supernaturalem, & si fieret pater multarū gentiū: & spes super naturalem, naturalem in eo vicie diffidentiam, q̄ oculi videbant, seorsum filio, & eum iam in molare cogitur, ad eo tamen de diuina pollicitatione nō diffidebat, aut ambigebat, vt eam quam certissimo confideret re ipsa adimplendam, vel ipso filio postea à mortuis excitato, vel alio quopiam modo, quem ipse nec sciret nec intelligeret. Non hastitauit inquit Apostolus diffidentia sed confortatus est fide, danti gloria Deo: plensime sciens, quia quocumq; promissis potens est & fieri. Tantopertorto Deo t̄ hac eius obediētia placuit, vt protinus illi p̄mittat, Christum Messiam d̄ st. rpe eius n̄sciturum, & hac raōe fore, vt semen illius sicut stella cæli, multiplicaretur: per mem̄ ipsum iurans dicit Dominus: Quia fecisti hanc rem & non peperisti filio tuo unigenito propter me benedicā tibi & multiplicabo emen tuā sicut stellas cæli, & velut arenam quę est in litore maris possi-

Superior imperet, subditum obtemperet. Rom. 13. Luce 10. d. Gen. 17. 4.

Gen. 7.

Gen. 22. 16.

possidit semina tuum portas inimicorum
suorum & benedicentur in semine tuo omnes
gentes terra quia obedisti vocis meae. Vide, in-
quit Hieronymus, quam Deo. Opt. Max.
caeca Abraham obedientia grata existit,
cum tam ample largiterque eam remune-
retur cum unico non pascit in terris. *Stellas
per filios annumerare iubetur in caelis*, atque
hoc in sensu generatioem eius ait multipli-
candam. *Et sic factum est, ut tanti caecam hanc
obedientiam patres illi veteres fecerint, tam
saepe eam usurparint, & identidem exerce-
riant, ut plenos illustrium hac de re exem-
porum habeamus libros, & horum pleraque
etiam miracula sicut confirmata, ut intelli-
ginus nimirum, quantopere haec obedi-
endi ratio Deo. Opt. Max. placeat.*

*B. P. N. communem hanc sanctorum do-
ctinam secutus binis similitudinibus, itaque
accommodis & fructuosis eam nobis de-
clarat. Quisquis, inquit, sibi persuadeat, quod
qui sub obedientia vivunt, se ferri ac regi à
divina prudentia per superiores suos, sine e-
debeant. punde ac si cadauer essent quod quo-
quo versus ferri, & quoquo versus ferri. &
quacumque ratione tractare se sint. Quam
comparationem etiam usurpabat S. Fran-
ciscus, eamque identidem apud fratres suos
repetebat, dicens: Mortuiam mundo, & o-
mnibus quae mundi sunt iuxta illud Apo-
stoli: Mortui enim estis & vita vestra est
abscondita cum Christo in Deo. Hoc utique
proprie est Religiosum esse, mortuum scilicet
esse mundo. Atque hinc etiam est, quod ingres-
sus in religionem mors civilis vulgo appel-
letur quapropter nos velut mortuos existi-
memus. Inde porro colligas, quempiam mor-
uum esse, quod non videat, non respondeat,
nihil sentiat, non denique conqueratur: ita &
nos caeci sumus ad videndum ac discernendum
ea quae à superiore imperantur, non item
replicemus, vel obmurmuremus adversum
eius iussa, non denique exoptulemus, vel
indignemur, si quando quid sensualitati
repugnans iniungitur, atque ut corpori
mortuo datur, & conquiratur id quod vi-
lissimum est, nec non id ipsum involuen-
dum & obregendum linteum veterum
ac tritissimum: ita persuadere sibi quisque*

debet, quod domi est tam in visu & vesti-
tu, quam in cubiculo, ac reliquis comodi-
tatibus pessimum, sibi ante alios dari oportere,
unde qui & hanc insensibilitatem non-
dum peruenit, sed aliquam è contra hinc re-
pugnantiam sentit, vere mortuus, nec ple-
ne mortificatus est.

Vult praeterea P. N. ut ita nos à divina
providentia per superiorem conduat, fer-
ri ac dirigi sinamus, ut, *senis baculus, qui
ubique, & quacumque in re velis eo uti
qui eum manutinet ei inseruit. Quare sic
ut seipso eo sequitur, quocumque fertur, &
quo in loco ponitur, in eo poni se finit,
nullumque à seipso motum habet, sed om-
nem quem habet à dirigente accipit: ita
religiosus proprium habere motum non
debet, sed à superiore se regi ac gubernari
sinere quocumque conducatur, ea sequi
quemcumque ad locum rapietur, in illo con-
quiescere, tam in luto quam area munda,
tam in loco alto, quam humili, sine vlla
propterea repugnancia & oblatione deber.
si aliquam tibi baculus, qui vsui & alleuia-
mento in eundo esse debet, resistentiam fa-
ceret, nec eo quo eum conducere cuperes,
se qui sed aliorum ferri fellet, non tam solati-
o tibi & opifore, quam impedimento &
remora, eumque à te abiceret. Pari modo,
si, quando opera uti tua superior vult, ac ta-
li te loco, officio, & functioni applicare: illi
obdueris, sequi detrahes, ac motui eius
contrarium, tam in operis executione, quam
voluntate & iudicio, motum habeas: tan-
tum abest, ut ei solario & auxilio sis, ut im-
pedimento potius sis, & oneri futurus, su-
perioribusque negotium facessiturus: unde
te graue onus à se excutere, paulatim amovere,
& alio quopiam destinare cupient, itaque de
domo in domum, pile in mare te commigra-
re facient. Quia bonus non ea baculus, nec
quomodocumque voluerint, opera tua uti, &
adhibere te possunt. Recreationis causa ba-
culum seculum sumit, ut cum in manu habeat: quia
quodcumque voluerit de eo facit, & prout vo-
luerit eum versat & reuertat: his oportet sic
& religiosus, ut voluptati sit in manu eum
habere, & ei quod demā dicit, deique superior
disponere queat, prout voluerit, atque eo non*

*Ibidem
Obediens
cum senis
baculo con-
fertur.*

Adith. 8. p.

secus gloriari, quam militibus suis centurio Evangelicus, de quibus ait, *Habeo sub me milites, & dico huic vade. & vadit. & alio veni & venit, & seruo meo fac hoc & facit.*

In consuetu. monast. c. 22. & 28. Religiosus similes sit instrumentis artificis.

Aliam rei huic declarandæ similitudinē, eamque elegantē adfert S. Basilus Sicut, inquit, faber murarius, aut alius quicumq; artifex, artis suæ instrumentis prohibitu, ac quomodoocunque voluerit utitur, & vt nullum vnquam exiit instrumentum, quod non admodum facile & ductibiliter artificio suo obediret, quo se prout vellet vteretur: Ita Religiosus vtile in religione esse instrumentum satagat, vt eo superior prout ad edificium spirituale expedire iudicauerit vteretur nec vllatenus obistere vel impedire id, quod de se præpositus facere ac statuere voluerit. Præterea, sicut instrumentum delectum non facit earum rerum in quibus seruire, & operam suā præstare velit: ita nec Religiosus facere debet se artificis, id est superioris iudicio & arbitrio se totū committere. Et paulo inferius hanc ipsam per similitudinem prosequens, addit, sicut instrumentum absente artifice minime mouetur, eo quod nullum à seipso motum habeat, sed cum tantum quē operarius illi dat: sic nullum sine superioris præscripto & decreto Religiosus motum facere, nullum negotium suscipere, nullum ne in minimis ac minutissimis quidem rebus, ac ne ad punctū quidē temporis sui ipsius Dominum vindicare: sed semper & omnibus in rebus à superiore moneri ac gubernari debet. Hæc est forma & exemplar obedientiæ eius, quæ in Religione habere nos oportet.

P. Antonius Strabus. dicit in istam sententiam si mandata superioris rationem reddat.

Grauem in societate nostra patre, qui quæ multo in ea tempore superiore egerat, dixisse memini, quid cum ipsis se in ea annis vixisse, nec putasse: aliquid vilius rei à superiori iniunctæ subito dari rationem oportere: imo iniuriā non paruum se subito facere credebat, si quando mandati iussus sui ei rationem reddere. Omnes namque tanta tunc cum simplicitate & sui resignatione predebant, nullus vt super rebus à superiori iniunctis inquereret, aut eas excuteret: sed cognito, eas ab illo præceptas esse, suum illico

iudiciū subiiciebāt, inferentes. Ergo bonæ sunt, Ergo id maxime expedit: Ergo superior nouerit, cur eas imperet. Hanc nostrum est, sinceritatē à maioribus acceptā ad postereros perpetuando traducere: in quo seniores & antiquiores iunioribus præeminere, & exemplo præluere debent, non autem cogitare quod annis superent, ideo sibi plus facultatis esse ad superiorum iussa imperiaque excutienda & diducanda.

d. seruib. cetera vicia exempla superioribus capienda.

B. P. Ignatius cum societatis IESV præpositum generalem ageret, sapius legimus dixisse, se, si Pontifex Rom inuingeret, vt in portu Ostiensi, qui haud procul Roma distat, primum quod reperiret nauigium conscenderet & sine malo, sine gubernaculo, sine velo, sine remis, sine vllis ad nauigandum necessariis instrumentis, ac commentu mari se committeret, haud illubenter obsecururum, & iussu non modo magnam cum animæ pace, verum etiam gaudio & voluptate facturum. Quibus auditis cum vir quidam primarius admiraretur ac diceret, Equænam hæc discretio & prudentia foret? Respondit vir humilis, prudentia Domine non tam requiritur in eo qui iussa exequitur, & parat, quam in eo qui huiusmodi quid iubet ac præcipit.

Lib. 5. c. 4. vicia S. Ignatii mira obtemperandi promptitudo.

Prudentia est potius imperari, quam iussa exequi.

CAPVT VII.

De obedientia, quam in rebus spiritualibus nos præferre oportet.

Non solum in iis quæ carni & sanguini conformia videntur, verum & illi quæ ei repugnant, & ex se admodum spiritualia & sancta sunt, iudicium & opinionem nostram subicere ac resignare debemus. Nemo fas sibi esse putet in id genus rebus, à superioris iudicio voluntateque desciscere cum in illis hanc iudicii obedientiam, longe magis requiratur. Hæc quoniā res spirituales ita eminentes, & aliæ sunt, hinc erit in iis maius, nisi ducturæ aliquæ certum sequamur, lapsus periculū & Ecceina damnosior. Vtque eo autem hocce verum est, vt teste Cassiano nullo monachum vitio sepius

iudicij obedientia in rebus spiritualibus sequens maxime necessaria. Collet. 2. Abbati Moysi 6. 11.